





16

Quod felix & faustum sit, ~~2902~~

praesentem,
DE

1624, 3 / 3

JUDICIO FINI- UM REGUN-

DORUM,

Disputationem,

*Authoritate & consensu Magnifici & No-
bilissimi juris Antecessorum Ordinis, in inclytâ*

Electoralis Universitate

Viadrinâ,

SUB PRÆSIDIO,

Clarissimi & Consultissimi Viri,

DN. IACOBI Schönhausen / D.

Fautoris & Affinis sui æternum.

honorandi,

Publico examini submitit,

GEORGIUS Wölcker / FRANCUS.

Ad diem 8. April.

In Acroaterio Electorum

M. DC. XXIV.

FRANCOFURTI AD ODERAM

Literis

HARTMANNIANIS



P 166.

W

2



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



[Faint, illegible text, possibly a stamp or signature]



DE JUDICIO FINIUM

Regundorum.

Thesis Prima.



Um quotidiana plenius sint
attingenda. *l. legavi Titio. 25. ff. de liber. legat.*
Nemoque sit qui nesciat, quam sit frequen-
tissimus, utilissimus & necessarius actionum
de finibus usus (siquidem discordiarum nu-
tricem communionem tollunt. *l. cum pater.*
77. §. dulcissimus. 20. ff. de Legat. 2.) aliquid
de ijs ad disputandum proferre placet.

II. Agitur autem pro finibus vel ordinariè; vel extraordinariè.

III. Ordinariè, 1. Actione finium regundorum. 2. Ex l. si con-
stiterit. 4. C. fin. reg. 3. Actione Legis Agrariæ, ex l. fin. ff. de Term.
mot. *Sickard, ad pr. C. fin. reg. n. 6. & seqq. Mynsing. §. quadam. 20. I.*
de Act. n. 56. Jacob. de Puteo in Allegat. pro commun. Terra Valent.

IV. Extraordinariè quomodo agatur, illisque qui iudicio finium
regundorum agere possunt, succurratur, infra dicamus.

V. Actio finium regundorum dicitur antiquè, pro regendorum,
id est, dirigendorum, simplex enim pro composito usurpatur, ut aliàs
prisci sæpè consueverunt. *Rittersch. in comment. ad 12. tabb. class. 3.*
part. 2. c. 12. Dirigere enim est discernere, & in certum modum
atque mensuram agrum describere, vel limites conservare, antiquos
restaurare & constituere. *Dd. in §. quadam. 20. I. de Act. Sickard. ad*
pr. C. fin. reg. n. 3.

VI. Dicitur aliàs quoque hæc actio, quæstio finalis. *l. in finali. ii. ff.*
b. t. l. 4. l. fin. C. eod. Jurgii finalis intentio. *l. quinq; pedum. C. b. t.*
Limitis actio. *c. inter memoratos. 16. q. 3. Mynsing. §. quadam. I. de Act.*
n. 10. & seq. von Rundschaftrecht vnd vntergangen. Köppen Observ.
praet. lib. 2. obs. 92. n. 5.

VII. Antiquissima hæc est actio, distinctio enim territoriorū, ex ju-
re gen-

re gentium suam sumpsit originem. *l. ex hoc jure. 5. ibi: agris terminis
positi. ff. de Just. & Jur.* Cum autem pauci suo contenti, contra decalogum & *l. 4. C. b. t.* per avaritiam (quæ, teste Apostolo Paulo *1. ad Timoth. 6. v. 10.* radix omnium malorum) rem expetierint alienam, dum conaretur quisque latius quam par sit, fines suos ultrò citroque producere, necessariò divisio agrorum fuit introducenda.

II X. Jure tamen cujusvis populi singulari, adeoque & civili, nec non moribus ac jure non scripto, melius & accuratius limites fuerunt distincti. *Ut videre est Deuteron. c. 19. v. 14. & c. 27. v. 17. &c.* Et jure Romano vetustissimo, multæ de limitibus latae fuerunt leges, imprimis Sempronia, Mamilia, Cornelia, Julia, &c. *de quibus & aliis Carol. Sigonius de Antiquit. jur. Ital. lib. 2. c. 3. Alciat. ad l. quinq; pedum. C. fin. reg.* Sic jure Pontificio divisio Diæcesium & Parochiarum facta est. *ut patet ex Can. provincia. distin. 99.*

IX. Est autem Judicium finium regundorum, actio civilis, stricti juris, mixta, competens iis, qui confines agros habent, ad id, ut ij limitibus commodè distinguantur ac regantur.

X. Dicitur civilis, quoniam promanat ex Lege *x i i. tabb. secundum Mynsing. in § quadam. 20. l. de Act. l. 1. ff. fam. ercis. l. fin. ff. fin. reg. Gotbofr. lib. 2. tit. 9. in fragm. 12. tabb.*

X I. Stricti juris: quia non enumeratur in § actionum. *28. l. de Act. Sichard. ad pr. C. b. t. n. 5.* Quia suum principium non habet ex communiōe sed ex separatione. *Donell. & cum eo Rittersch. in § quadam. l. de Act. Schneidervv. ibid.* Quoniam tamen ex bono & æquo adjudicationes in hac actione fiunt. *§ 20. l. de Act.* rectè etiam arbitraria dici potest. *Bachov. in tr. de Act. disp. 6. tb. 4.* Proinde etiam Angelus referente *Jasone ad d. § 20.* statuit, omnes stricti juris Actiones de mundo, fieri posse arbitrarias, aptitudine scilicet, licet non semper actu.

X II. Mixta: discerni siquidem vix potest, utrum in rem sit vel personam, propter reales & personales præstationes. *rex. & gl. in § quadam. 20. Inst. de Act. ibiq; Dd. & in c. ex literis. extr. de Probation. l. 1. 2. 3. 4. § 5. ff. fin. reg.* Duplicem enim hæc actio habet intentionem: intendo nimirum rem pro parte meam esse, & intendo simul adver-

adversarium obligatum esse, ad aliquid dandum vel faciendum, puta propter factas impensas in mensuratione. *l. 4. §. 1. ff. b. t.* Item fructus ab eo perceptos: Item si fortè flagitiöse circa fines egerit. *§ 6. v. eo quoq; nomine &c. Inst. de offic. judic. d. l. 4. § 3. & 4. ff. b. t. Justus Maier. p. m. Præceptor olim meus, in colleg. Argentor. lib. 10. t. 1. th. 2. & seqq. Dn. Bachov. in tr. de Act. disp. 2. thes. 7.*

XIII. Dicitur etiam actio mixta, quia dignosci vix potest, quis sit actor vel reus. *l. judicium. 10. ff. b. t. l. actionis. 37. § 1. ff. de oblig. & act. § pen. l. de Interdict. Petr. Jacob. Aurelian. in præct. aur. libell. tit. 103. num. 3. Ritterschus. in § item si inter. 3. l. de Obligat. quæ quasi ex contr. nas.* Uterque enim litigantium petit, & ab utroque petitur: sed magis placuit, inquit ICtus Cajus, eum videri actorem, qui prius ad judicium provocasset. *l. in tribus. 13. ff. de judic. l. 2. § 1. ff. Com. divid. Hieron. de Monte in tr. de fin. regun. c. 45. Lucbinus de Curte in allegat. pro Commun. Terra S. Salvator. n. 2. Sichard. ad pr. C. b. t. n. 6.* Sed cum ambo ad judicium provocant, forte res discerni solet. *Ulp. in l. sed cum ambo. 14. ff. de judic. Bocer. class. 2. disp. 18 th. 21.*

XIV. Datur hæc actio illis, qui confines agros habent. In confinio enim tantum rusticorum prædiorum, hoc judicium locum habet, in urbanis displicuit. Hæc namque magis vicina, quam confinia dicuntur, docente Paulo in *l. 4. § pen. ff. fin. reg.* Quamvis aliquando improprie dicantur vicini, qui proprie sunt confines. *l. 4. § 1. ff. & l. 2. C. d. t. Rittersch. ad § quadam. 20. l. d. Act.*

XV. Non negamus tamen: actionem hanc interdum quoque in urbe utiliter competere, quando videlicet ibidem hortorum latitudo contingit, hoc est, de eadem latitudine controvertitur. *ut respondetur à Paulo ICto in l. 4. § pen. ibi: & in urbe hortorum &c. ff. fin. reg.* Prædium enim urbanum non locus & situs, sed materia, finis & usus facit. *l. urbanas. 166. l. 168. l. fundi. 211. ff. de verb. sig. ubi Gæddaus & alii.*

XVI. Datur item hæc actio dominis, vicinas habentes jurisdictiones in territoriis: Emphyteutæ, qui utile dominium habet in fundis vectigalibus, pro finibus istius fundi. *d. l. 4. § finium. 9. ff. b. t. t. §. Sult. ff. arbor. furt. casar.* An autem emphyteutæ pensionem

non solventi detur hæc actio, quæritur? Sanè agri vectigalis vindicatio, quamvis illi non detur contra dominum *l. 1. in fin. cum l. seq. ff. Si ager. vectig.* Antequam tamen dominus fundum suum receperit, quàm finium regundorum agere possit, non videtur negandum: facit enim in eo, quod facere debet, & commodum domini promovet: non est igitur impediendus, maxime cum fundum vectigalẽ adhuc emphyteutico nomine possideat. *Iust. Maier. in Colleg. Argent. lib. 10. t. i. tbes. 14.*

XVII. Datur Usufructuario, & his qui jure pignoris possident fundos vicinos. *d. l. 4. § 9. b. t.* Vasallo contra vasallum, vel quemcunque alium extraneum, quia & vasallus, utile habet dominium. *per text. & not. in c. unic. de controvers. inter vasal. & al. lib. 2. Feud. § rei autem. de Investit. de re aliena facta. eod. lib. Schneid. in § quadam. in c. de fin. reg. n. 17. l. de Act. Bonæ fidei possessori. arg. l. 126. ff. de R. l. l. 40. pr. ff. de Acquir. rer. dom. l. 25. §. 1. ff. de Usur. Hieron. de Monte in tr. de fin. reg. c. 28. n. 1.*

XIX. Prælati Ecclesiarum & Canonicis præbendæ nomine, sunt n. clerici in præbendis suis fructuarii. *c. 3. c. ult. & ibi gl. extr. de Probat. c. ult. cum gl. extr. de peculio clericorum.*

XIX. Non datur ei, qui non habet dominium vel quasi. *l. 7. §. 11. ff. com. divid.* Quia datur hoc iudicium pro vindicatione domini occupati. *l. 1. ibiq. gl. ff. b. t. Luchin. de Curte pro Com. ter. S. Salvat. num. 8.*

XX. Socii in hac actione respectu fundi communis, adversarii esse non possunt, sed unius loco habentur. *d. l. 4. § si commun. 7. ff. b. t. & ibid. Wesenb. in parat. n. 5. Majerus d. loco. tb. 19.*

XXI. Materia circa quam hoc iudicium versatur, sunt fines vel limites. Limites, stlites olim dictos volunt, hinc decemviri de stlitibus iudicandis, undè & lis dicta, quod primò inter homines de limitibus lites fuerint. *c. forus. 10. v. lis autem. extr. de verb. sig.* Alii volunt limites à liminibus derivatos, ut quemadmodum limina introitus exitusque locis præstant, idem & limites agris præstare.

XXII. Circumscribi autem limes potest: quod sit signum quoddam externum, materiã quadam aptã notatum, ad discernendos & distin-

distinguendos provinciarum, territoriorum, jurisdictionum, sylvarum, fundorum tum communium tum privatorum, fines & terminos, tam naturales quam industriales & artificiosos positum. *Marckscheidung/Marckstein/Seldmarckung/Mahlstein/Bannstein/ etc.*

XXIII. Dividuntur termini sive limites, in Naturales & Artificiosos: in Publicos & Privatos. *Mynsing. cent. 6. obs. 25. num. 2. & seqq. Rutg. Rulant. de Commiss. & commiss. Cam. p. 2. libr. 6. c. 1. n. 9. Joseph. Mascard. de Probat. vol. 1. concl. 393. n. 9. & concl. 403. n. 8. Ludovic. Gilhaus. in Arbor. judic. c. 6. part. 2. art. 2. § 10.*

XXIV. Naturales vocantur, quos ipsa natura constituit, ut flumina, rivi aquarum, montes, latera & cacumina montium, valles, &c. Qui ab immutabili rerum naturâ & situ, perpetui & æterni dicuntur, adeoque nec mutationi seu mutilationi obnoxii: Qui vocantur quoque confines patentes. *Hier. de Monte c. 12. n. 9. Iacob. de Puteo in allegat. pro commun. ter. Valent. Mascard. de Probat. vol. 1. concl. 393. num. 10.*

XXV. Artificiales, qui & industriales dicuntur, sunt: qui operâ, industriâ & prudentiâ hominum locati reperiuntur: quales sunt lapides, arbores insititiæ, pontes, columnæ, viæ privatae & vicinales, monumenta, aliave signa ad hoc erecta & insculpta. Qui termini, cum manu facti sint, temporis lapsu sæpius mutantur, vertuntur, & nonnunquam adeo obscurantur, ut nec vestigia eorum ulterius pateant.

XXVI. Publici, qui à duobus aut pluribus vicinis Principibus vel civitatibus, ad finienda sive dividenda territoria, sunt positi. *Rutg. Rulant. d. p. 2. c. 3. n. 18.* Et hos publicos terminos, vocamus fines regionum, provinciarum, *Landgrenz / Landgrenzmal /* aut si lapides positi, *Landgrenzstein /* quibus nonnunquam utriusque territorii domini insignia insculpta reperiuntur. Quo referimus etiam valles, fossas, aggeres, quos vocamus, *die Landwehren / Landgraben / Bezirk.* *Hadrian. Gillman. tom. 2. Symphor. p. 1. vol. 1. n. 94. 97. 101. Iacob de Puteo in allegat. pro com. ter. Valent. num. 20. Paul. Matth. Webner. pract. obs. nomine Grenz.*

XXVII. Ab his fossis, *Graben /* & limitibus, nominati videntur *Graben /*

Graven/quos hodie Comites appellamus. Majores enim nostri, olim non habuerunt junctas sedes, sive vicos, ut adhuc in Helvetia, & aliis quibusdam locis Germaniæ videre est, inde nullæ lites crebriores, nisi de finibus erant, quoniam aliàs commercia apud eos rata erant, neque de iis ita certabant, ut hodiè. *Tacit. de Moribus German.* Præfecti igitur illi fuerunt, ut limites custodirent, & inter litigantes jus dicerent, ob ortas de limitibus controversias. Hinc Zehendgrave; Burggrave/Landgrave/Marggrave. *Wesenb. de Feud. c. 4 n. 3. Borcholt. ibid. c. 5. n. 33. Petr. Heigius lib. 1. q. 2. à n. 45. usq. ad n. 61. Webner. pract. obs. nomine Graven/Vultejus de Feud. lib. 1. c. 4. n. 14.* Qui tamen eos magis deducit à gravitate. Alii Graven / quasi Grauen/dictos volunt, id est, canos, seniores seu senatores, judices. *Cristoph. Coler. in pareg. c. 27. Besold. lib 1. Polit. c. 9. rb. 9. n. 2.*

XXVIII. Hisce publicis terminis, confirmiles sunt columnæ, limites, lapides, quibus discernuntur termini venationum, juris lignandi, decimandi vulgò, Hôchseulen/Jachtzehend/Forstein/Zehendstein / item Zehendgrenz/ Jachtgrenz / & c. *Rutg. Rulant. d. c. 3. n. 19. & 20. And. Knichen. de sublim. & reg. territor. jur. c. 3. n. 3.*

XXIX. Terminos quoque sicut in terra & mare, ita in cælo & aere poni posse, vult Montanus, *d. tr. de fin. reg. c. 7. n. 8.* Adducens exemplum Alexandri VI. Pontificis, qui inter Lusitanos sive Portugalenses & Castellanos, Insulas Indiæ tunc noviter repertas, per lineas graduum cæli distribuit, & quidquid teperiebatur à parte Orientali, erat Lusitanorum, & à parte Occidentali, erat Castellanorum.

XXX. Termini privati sive limites sunt, qui privatorum fundos distinguunt, quo referuntur quoque ii limites, qui pagos à se invicem discernunt, quos speciali vocabulo (generali enim & publici ita denominari possunt) etiam Marktgrenzen/aliàs Dorffgrenzen/ Dorffhügel oder Dorffmal nominamus. *Rutg. Rulant. lib. 6 c. 3. n. 21. & seqq.*

XXXI. Sic limites, qui vicini unius fundos vel agros, ab alterius vicini fundis privatis sejungunt, dicuntur Gütergrenz/ Güterstein/ Feldgrenz/ Feldmaal/ Feldhügel/ Nachbarliche Grenz/ Nachbarliche Grenzmal und Hügel/ & c. Quo referri etiam debent, termini à privatis constituti, quousque videlicet quis agere, pascere greges, vel aliquid simile facere audeat. Vulgò Muthügel/ Waidhügel/ & c.

XXXII. In utrisque autem hisce, tam privatis quam publicis terminis, evenire interdum potest, ut *secundum l. 4. § non solum. 8. ff. fin. reg.* duorum non tantum, sed & plurium fines terminique politici concurrant, adeoque ut sit trifinium, quadrifinium.

XXXIII. Ad hanc divisionem & species limitum, addunt nonnulli communes, qui tam publicos quam privatos respiciunt, vocanturque etiam angulares, *Ortstein/ Ruog. Kulant. d. loc. num. 23. Paul. Matth. Wehner. pr. obs. in verbo Grentze/v. inter communes.*

XXXIV. Circa hæc moveri potest quæstio, quod si fortè in confinio duorum territoriorum, duarumve civitatum, sit flumen aliquod publicum, cujus præsumatur illud esse? Si mediam partem utriusque territorij contingat, commune est eorum, qui ab utraque parte fluminis, propè ripam, jus territorij exercent, pro modò latitudinis cujusque juris. Quod si ab altera parte proximius sit, eorum est tantum, qui ab ea parte propè ripam prædiorum sunt possessores, *l. adeo. 7. § insula. 3. ff. de Acquir. rer. dom. § insula. ubi Dd. l. de Rer. divis. Ludolph. Schrad. de feud. p. 3. c. 4. n. 37. Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 30. n. 3. Hieron. de Monte in tr. de fin. reg. c. 24. n. 9.*

XXXV. Quæ flumina publica & navigabilia, item viæ publicæ seu regie, freye/ offne Reichs/ Heer vnd Landstrassen/ aliàs dividunt territoria, Episcopatus, Comitatus, Baronatus, &c. *juxta Bl. in l. 14. ff. Quemad. serv. amitt. Gotbofr. in l. 4. § fin. ff. fin. reg. Hieron. de Monte tr. de fin. reg. c. 27. n. 2.* Et de dominio patrimonio, nec non de regalibus principum sunt. *per text. in c. unic. Quæ sint regal. libr. 2. Feud.* Quorum cura, refectio & securitas ad principem spectat, & tenetur ad resarciendum damnum, si quod in itinere acceptum uti etiam vectigalia eo nomine accipit princeps. *l. 3. l. congruit. 13. ff. de Offic. Præsid. l. 2. ff. de Flumin. l. si in publico. 18. l. quod principis. 23. ff. de Aqua & aque pluv. arcen. l. qui vias. 31. l. ad curatorem. 46. ff. de dam. infect. Reichs Abscheid zu Augspurg. Anno 1559. § Damit dann die Obrigkeit/ &c. Bocer. de Regal. c. 2. n. 158. Gail. 2. obs. 64. per tot. Wurms. tit. miscel. obs. 5. Hart. Hartman. t. 47. observ. nnic. Mynsing. cent. 5. observ. 29. & 70. Majer. in colleg. Argent. lib. 43. t. 8. sb. 26. Heinr. à Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 33. n. 2. & concl. 20. & seqq. Ludovic. Gilbaus. in arbor. judic. c. 1. p. 1. § 1. n. 79.*

X X X V I. Jurisdictio igitur & imperium, sicut in terra, ita in aquis & fluminibus publicis, concedi potest: ubi quaeritur: Si in ejusmodi flumine publico, seu viâ publicâ, furtum vel aliud delictum committatur, ad quem pertineat jurisdictio, adeoque & primus actus, quem nos vocamus *das aufheben*? Utramque Civitatem, seu territorium, habere jurisdictionem regulariter, usque ad medium fluminis, statuimus. *Br. tr. Tiberiad. § acquiritur nobis. n. 8.* Et si in minimo locus ille sit vicinior alicujus territorio, tum cognitio pertineret, ad viciniorem territorii jurisdictionem. *arg. § insula. 22. l. de Rer. div. Ludovic Gilhaus. in arbor. judic. c. 1. p. 1. § 1. n. 79. Perr. Jacob. Aurel. in pract. aur. libell. t. 12. num. 68. § seqq. arg. cap. 21. Deuteron.*

X X X V I I. Limitatur tamen hæc sententia, 1. nisi alij certi fines ante sint constituti, qui non mutati præsumuntur. *l. Rutilia Polla. 69. ff. de contrab. empt. 2.* Nisi flumen illud subsit jurisdictioni unius civitatis. *Heinr. à Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 30. n. 2. 3.* Nisi illæ civitates seu territoria dominum superiorem universalem habeant, ad quem ratione superioritatis flumina publica pertineant, & pro regalibus habeantur. *Dem die Landsfürstliche Obrigkeit/oder Oberbottmessigkeit/Krafft der Regalien zustendig ist. de qua Rosenthal. d. c. 5. concl. 23. n. 3. Gilhaus. in arbor. judiciar. c. 1. p. 1. § 1. n. 83.*

X X X V I I I. Quaeritur porro: Si alicui nobili, à superiore, puta Principe, merum & mixtum Imperium, sine regalibus sit concessum, sive (ut nos loquimur) superior jurisdictio, *Ober / Hals vñnd peinlich Gericht / Blutbann*: an ille nobilis cognitionem super delicto, in viâ publicâ commisso, concessam habere intelligatur? Multi sunt ex parte negantium, ut Schneidew. Joachim à Beust. Borcholt. Zangerus. Köppen & alii. Nos affirmantium opinioni subscribimus, cum Rosenthal. *de Feud. c. 5. coucl. 21. n. 1.* Licet enim ipsa via, illi nobili non concessa intelligatur, jurisdictionis tamen exercitium concessum dicitur, adeo, ut in toto loco illud exercere possit. Si tamen concurrat cum Principe vel ejus officialibus, præventioni locus erit. Nec ratione caret hæc sententia: Hoc quippe modo celerius & commodius sæpè possunt puniri delicta, dum non semper superior solus

solus expectandus est: posset enim reus interim aufugere, aut probatio perire, aut aliud aliquid intervenire.

XXIX. Controvertitur sæpè, si homicidium in confinio factum fuerit, quis de eo cognitionem habeat? Et quamvis plurimæ de hac quæstione sint opiniones, nos tamen communio rem sequimur: Nimirum caput ad se trahere totius corporis jurisdictionem. *Schneidevv. in § quædam, in act. fin. reg. n. 2. I. de Act. Zangerus. p. 2. c. 1. n. 238. de Except. Hieron. Treutl. vol. 1. disp. 19. tb. 4. ibiq. Hunnius in Resolution. Leopold. Hackelman. disp. 8. tb. 2. Ludovic. Gilbauf. in arbor. judic. c. 1. p. 1. § 1. n. 86. Majer. in Colleg. Argent. lib. 48. t. 2. tb. 8. n. 3. Köppen pr. obs. lib. 2. obs. 92. n. 10.*

XL. Caput enim præstantior est pars corporis, *l. cum in divers. 44. ff. de Relig. & sumpt. fun. arg. l. si quis. C. de Pœnis. Cujac. lib. 21. obs. 4.* Sedes est animæ rationalis & memoriæ ac sapientiæ, & per faciem homo, quo ad figuram exteriorem cognoscitur. *modo dd. ll.* Sumitur item caput non rarò, pro toto homine. Non mirum igitur, si potentius & dignius, ad se trahat minus dignum, & sic capitis potius quam trunci habeatur ratio.

XLI. In delictis autem, potius qualitas patientis, quo ad impressam certam cædis notam, & infallibilem significationem, quam agentis consideratur. Nec non locus magis, ubi maleficium est consummatum, quam ubi inchoatum, inspiciendus. *Uti ex Br. refert. Zanger. d. p. 2. c. 1. n. 233. in tr. de Except.*

XLII. Quapropter non immeritò primus actus, *das auffheben* / non tantum inchoari ab eo, in cujus territorio caput invenitur, sed & de delicto cognitio & executio suscipi potest. *Heinr. à Rosenthal. de Feud. d. c. 5. concl. 21. & in allegat. lit. a.* Et hunc ad modum facilior est persecutio delictorum, jurisdictiones minus confunduntur, & aliarum rixarum sive inconvenientiarum, quæ subsequi possunt, vitantur.

XLIII. Utrum autem delinquens, in alio quam ubi deliquerit, loco captus, ad locum delicti remittendus sit, anxie quærunt Doctores? De jure civili certum est, remissionem necessariam esse, si modò judex remissionem petens, cum iudice à quo remissio petitur, sint sub eodem principe. *text. in l. capitalium. 28. § pen. ff. de pœnis.* Ubi

& ratio hujus remissionis traditur, l. 7. § fin. ff. de Accusat. l. 6. ff. de
custo. & exhibitio. reor. athen. si veró. C. ad L. Jul. de Adulter. Novell.
134. c. 5.

XLIV. De consuetudine Germaniæ, solet interdum in ceris &
indubiis, præsertim atrocioribus delictis, remissio fieri: Hoc tamen
non necessitatis, sed amicitiae, benevolentiae & vicinitatis causa,
sub literis reversalibus, quarum plerumque summa, quod non jure
sed precibus, remissionem obtinuerint, seque in casu simili idem fa-
cturos: Ne videlicet remissio ista præjudicium jurisdictioni remit-
tentis parere possit. Gail lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. 30. & seq. Wurms.
tit. miscel. obj. 6. Besold. 1. disp. polit. 11. tb. 27. Treutl. vol. 1. disp. 3. tb.
8. lit. F. ibiq. Bachovius in Animad. & Hunnius in Resolut.

XLV. Ad terminos sive limites publicos, & illa spectat quaestio:
Utrum delinquentem, vel pacis publicae turbatorem, ex uno in ali-
ud alterius territorium, persequi, & ibidem apprehendere liceat, quod
vulgò die Nacheil vocamus? Et licere, præsertim in hoste diffidiato
& pacifrago, affirmamus. per l. 1. C. Ubi quis de curiali vel cohort. alio-
ve modo & c. § si iudex. de pace tenenda, & ejus violat. lib. 2. Feud. l.
quod ait. 13. § fin. ff. ad L. Jul. de Adul. textus expressus est in § würde
sich aber bey einem / & seq. ibi: gegen demselben solle mit nacheilen.
Reichs Abscheid zu Augspurg. Anno 1555. Item 1559. § Und haben wir
uns demnach. in fin. ibi. Ihnen den Obrigkeiten vnnnd Kreisen ohne
entgelt nacheilen vnnnd niderwerffen mögen. & § Wo fern aber. seq.
Hæc per excursum, circa vocabulum limitis notata sufficiant.

XLVI. Agitur autem actione finium regundorum, ne alter alte-
rum in finibus suis turbet, hoc est, agimus vel ad divisionem fundo-
rum confinium, quorum dominium habemus vel directum vel uti-
le: vel ut novi constituentur, etiamsi nulla turbatio præcesserit, tan-
tum ut fundi distingantur, & futuræ rixæ vitentur: vel ad conserva-
tionem & restitutionem antiquorum terminorum. l. si irruptione. 8.
in pr. l. 11. ff. fin. reg. arg. l. 4. ff. eod. & § finium. 7. l. de Offic. Iudic.
Petr. Jacob. Aurelian. in pr. aur. lib. tit. 103.

XLVII. Turbantur autem fines vel limites variè: aliquando casu
fortuito, per inundationes nimirum vel irruptiones fluminum. l. 8.

pr. ff.

pr. ff. b. t. Aliquando hominis factio, veluti si quis in confinio ponat ædificium vel arborem, *l. 2. pr. l. 4. § 3. b. t.* Aut legitimum spacium non relinquat à finibus agri vicini, vel si in suo quid moliatu quis: *l. ult. ff. b. t.* Aliquando malitioso hominis factio: veluti si quis lapides finales furatus sit, vel arbores finales excidit. § 6. *v. eo quoq; nomine, Sc. I. de Offic. jud. l. 4. § 4. ff. b. t.*

XLVIII. Nec solum ad divisionem fundorum, & sic rerum corporalium: verum etiam ad jura incorporalia, ut sunt jurisdictiones spirituales & temporales, saltem utilis hæc actio datur, ad similitudinem actionis familiæ eriscundæ & communi dividundo. *Br. in l. arbor. § fin. ff. comm. divid. c. super eo. extr. de Parochiis. Schneidew. in § quadam. l. de Act. in act. fin. reg. n. 9. Myrsing. ibid. n. 51.*

XLIX. Datur hæc actio quoque ad id quod interest, terminos non esse mutatos aut obscuratos, aut dejectos. *per l. 2. ff. de Term. mot. l. sed & loci. 4. ff. fin. reg.* si quis enim ex eo loco utilitatem perciperit, quem apparet vicini esse, iniquè eo nomine non condemnabitur. *d. l. 4. § 1. ff. fin. reg.*

L. Fructus quoque post litem contestatam in judicio fin. regundorum veniunt: *l. 4. § 2. b. t.* Quorum contemplatione est distinguendum, inter b. f. possessorem, & eum qui in mala est fide, ita ut ille lucratur fructus omnes. § 35. *l. de R. D. junctâ l. 48. pr. de Acquir. rer. dom. l. 25. § 1. ff. de Usur. Harpr. ad d. § 35 n. 19. Vultej. discept. Scholast. c. 20. Corbm. conf. 49. n. 100. vol. 1.* Consumptos tamen tantum, puta ante litem contestatam, non etiam extantes. *d. l. 4. § 2. l. 22. G. de R. vind.* Hic verò, seu malæ fidei possessor, omnes tenetur cum ipsa re præstare, seu restituere, etiam consumptos: *per d. jura. Pruckm. vol. 1. conf. 4 n. 162. Wesenb. conf. 6. n. 108. & conf. 99. n. 2.*

LI. Sunt & aliæ præstationes personales, quæ in hoc judicium veniunt, puta, sumptus & mercedes, quas alter ex litigantibus hanc ob causam forte erogavit. *l. 4. § 1. v. sed si mensor. ff. fin. reg. Dd. in § quadam. l. de Act. & § pen. l. de Offic. jud.* Item si alter quid damni in confinio dederit: *d. § pen. v. eo quoq; nomine. l. 7. pr. l. 4. § 3. & 4. ff. fin. reg.* Item ex adjudicatione, cum is, cui aliquid adjudicatur, alteri condemnatur in æstimationem partis adjudicatæ. *l. 2. § 1. in fin. l. 3. l. 4. § 5. ff. d. t. d. § 6. l. de Offic. jud.*

LII. Cum autem ille, qui actoris partes in hoc iudicio sustinet, prae-
runque se fundet in possessione, necessarium & utilissimum illi erit,
possessorio iudicio primo omnium experiri, *Jacob. de Puteo in Allegat.*
pro Commun. Terra Valent. n. 2.

LIII. Post possessorium finitum, potest actor experiri iudicio pe-
titorio, quod ferè omni caret dubio, cum possessorium non absorbe-
at petitorium, *ut est vulgatum interpp. dogma.*

LIV. Utrum autem unà cum petitorio, possessorium quoque cu-
mulari & conjungi possit, quæstionis est perplexæ & confusæ? De
hac quæstione non una, sed plures sunt opiniones, & omnium Jcto-
rum ingenia exercuisse attestatur Menochius, ut nodo Gordiano im-
plicatiorem nominet Corasius. Quibus tamen ambagibus missis,
pro firmamento agentis sententiæ non parum prodest. *c. 2. extr. de*
caus. pos. & propriet. ubi expressè dicitur: Quod iudex gravibus par-
tium sumptibus parcere cupiens, cognoscendo super possessione &
proprietate, debeat super utraque commixtim allegationes audire, &
pariter testes admittere, deinde prius discutere probationes super pos-
sessorio, postmodum super petitorio, & utrumque sententiâ deter-
minare. Ubi in fin. istius cap. additur: Quod hæc cumulatio iure ci-
vili sit expressa. *c. cum Ecclesia. c. cum super. c. pastoralis. c. cum dile-*
ctus. extr. de caus. pos. & propriet. l. si de vi. 37. ff. de iudic. l. incerti, 3.
C. de interd. l. 3. C. fin. reg.

LV. Cumulari quoque possunt, quando petitorium, ad coloran-
dum tantum possessorium, aut in consequentiam saltem, ut ei fomen-
tum adferat, fuit cumulatum. Quod sæpè fieri assolet: adeo ut licet
possessorium sit intentatum, tamen ad confirmandam saltem vel co-
lorandam possessionem, inducitur titulus, investitura, vel quid aliud,
pro fundâda proprietate. Quod quando factum sit, ex ipsa libelli cõ-
clusionione, quæ semper attendenda, & diligenter inspicienda, colligi-
tur. Quemadmodum etiam ex eadem depræhenditur, an solum iu-
diciu[m] possessorium, vel petitorium, vel utrumque sit intentatum:
adeoque ut licet narrentur in libello ea, quæ tam ad possessorium,
quam petitorium referri possint, tamen si conclusio alterutrum tan-
tum complectatur, id solum intentatum censebitur, quod conclu-
sio de

siō demonstrat. Ut monet Hart. Pistor. q. 45. per tot. lib. 1. Casus contr. res & suffraganei sunt Menoch. remed. 3. retin. pos. n. 511. Gail. 1. obs. 63. Fachin. lib. 8. Contr. 1. C. c. 6. ubi varias de hac questione opiniones recenset. Hart. Hartman. 1. 45. observ. 5. Wurmj. 1. 46. obs. 6. Mynsing. cent. 6. obs. 93. Ludovic. Gilbauf. in arbor. judic. c. 3. n. 30.

LVI. Nunc quodnam iudicis officium sit in hac actione, explicandum venit: consistit autem illud præcipue in tribus: 1. in finibus conservandis vel custodiendis. 2. renovandis seu reparandis. 3. in novis constituendis.

LVII. Primum, nimirum conservatio limitum, parum habet difficultatis, quando enim manifestò apparet, qui olim fuerint, & adhuc hodie sint limites, tunc iudex eos omninò in iudicando sequi & custodire debet. l. in finalibus. 11. cum l. seq. ff. fin. reg. l. 1. & 2. C. de fund. Limitropb. lib. 11. can. quicumq. 4. cum duobus seqq. caus. 16. q. 3. Quò tamen antiquiores illi termini, eò efficaciores quoque sunt. Hieron. de Mont. de fin. reg. c. 21. n. 6.

LVIII. Secundum renovatio, quando fines sunt turbati, & in tantum obfuscati, ut eorum vestigia, ex veteribus monumētis, vel apparenter, vel similiter colligi possint: ubi vetera monumenta sequenda sunt, finesque veteres obscuri, per iudicem renovandi, reparandi aut restituendi erunt. d. l. in finalibus. 11. ff. fin. reg. Mynsing. cent. 6. obs. 27. n. 2. Rutg. Rulant. de Commiss. & Commiss. Cam. p. 2. lib. 6 c. 12. n. 5. & 6. Statur enim tamdiu hisce monumentis, donec contrarium ab altera parte probetur. Sichard. ad pr. C. fin. reg. n. 1. Monumenta autem quasi mentem moneant, indeque rectè mentis & prudentiæ monitoria indigitari possunt, mentisque indicium formant: aut quia permanent & docent, quousque fines protendantur, pro diversitate loci vel rei varia sunt. l. 2. & ibi gl. C. fin. reg. Lucbinus de Curie in allegat. pro commun. Terra S. Salvat. n. 10. & seq.

LIX. Tertium, novorum constitutio, quando nihil constat de finibus, vel de vestigiis veterum terminorum, aut utraque pars se ad fines terminosque diversos, dubios tamen, ac à se multum distantes refert. Quæ omnia partim per probationes, partim per ocularem inspectionem expediri solent.

LX. Limitum autem probatio satis difficilis est, & non uno, sed variis modis fit, recipiuntur etiam in ea probationes minus perfectæ, & tales, quæ aliàs non admitterentur, nec sufficerent, veluti quæ sunt per conjecturas, argumenta, famam, & quæcunque alia adminicula. *text. in c. cum causam. extr. de Probat. gl. in c. si papa. 10. de privileg. in 6. Latè Joseph. Mascard. de probat. concl. 393. n. 2. & seqq. vol. 1. & concl. 395. cum aliquot seqq. Myrsing. cent. 6. obs. 25. num. 7. & seqq. Andr. Knich. de jur. territor. c. 3. n. 2. cum seqq. Hieron. de Monte. d. tr. de fin. reg. c. 50. & seqq. Hieron. Treutl. disput. 19. tb. 5. vol. 1. Iacob. de Puteo in allegat. pro comm. Terra Valent. num. 4. & in addit. lit. a. Scheplitz in prompt. jur. t. 41. § 3. Gilhaus. in arbor. judic. c. 6. p. 1. à § 132. usq. ad § 142. & § 261.*

LXI. Communiter verò probantur per libros antiquos, ut sunt libri censuales sive æstimi, ubi census, collectæ, tributa & c. inscribuntur. *l. 4. ff. de Censibus. Steuer oder Zinsbücher/Saalbücher/vrphet. Bücher/Vnbarbücher/&c. De quibus Paul. Matth. Webner. pract. obs. nomine Saalbuch. Mascard. de probat. concl. 398. per tot. vol. 1. Qui libri vulgò quoque Registra appellantur, item Catastra, Iacob. de Puteo d. loco. n. 12. In aliis tamen causis, nisi aliis adminiculis adjuti, non probant. Fachin. lib. 11. controvers. I. C. 32. & seqq. Wurms. pract. obs. lib. 1. t. 17. obs. 3. Non probant etiam in hoc passu si attestentur de auditu alieno, licet versentur in antiquis. Mascard. d. loco. concl. 398. n. 8. Gilhaus. c. 6. p. 1. § 136.*

LXII. Nonnulli tamen, ut ejusmodi libri, in custodia publica reserventur, requirunt. *Hieron. de Monte d. tr. de fin. reg. c. 62. & seqq. n. 3. Mascard. d. concl. 398. n. 4. vol. 1. Gilhaus. allegat. loc. Quod & melius est, si fieri potest. Webner. in d. pract. observat. nomine Privatregister.*

LXIII. Huc referendi sunt recessus, in quibus sunt designati fines, item literæ conventionales, *Bezirksbriefe* / præsertim connecti ab illis, qui poterant super finibus disponere. *And. Knich. de jur. territor. c. 3. num. 12. & n. 43. & seqq. Webner. d. loco nomine Bezirksbriefe. Rulant. d. tr. de Commiss. t. 6. p. 2. c. 11. n. 5. Gilhaus. in arbor. judic. c. 6. p. 1. § 1. n. 109.*

LXIV. Probantur per privilegia antiqua, concessa ab eo, qui ea poterat dispensare. *c. licet causam. extr. de probat. Mascard. de Probat. concl. 401.* Quamvis sint enunciativa & assertiva. *Gilbaus. in arbor. judic. c. 6. p. 1. § 139.*

LXV. Eò etiam referendæ literæ sive scripturæ in lapide, columna, &c. utriusque territorii domini voluntate incisæ. *Montan. c. 65. d. tr. de fin. reg. Jacob. de Puteo in Allegat. pro comm. terra Valent. num. 19.* Et dicuntur hæ scripturæ publicæ, quia in publico loco sunt positæ, & cum ita scriptum reperiatur, ita terminatum præsumitur. *arg. l. Titia. 134. § pen. ff. de verbor. Obligat. l. ex hac scriptura. 16. ff. de donat.*

LXVI. Item scripturæ in archio publico inventæ. *Authent. ad hac. C. de fide instrum. gl. in c. pervenit. in verb. archivis. caus. 30. q. 1. Mascard. d. conc. 398. num. 10. & concl. 399. per tot. Rutg. Rulant. p. 2. lib. 5. c. 8. & seq.*

LXVII. Probantur etiam limites per instrumenta ad hoc confecta. *c. cum causam. extr. de probat. gl. in c. cum olim. extr. de Cenfib. Dd. in l. cum aliquis. C. de jur. deliber. Latè Mascard. concl. 394. n. 1.* Nam in hunc usum instrumenta sunt inventa, ut conservent perpetuam rei memoriam. *Montan. d. tr. de fin. reg. c. 60. arg. l. desiderium. 7. C. deposit.* Et quamvis illa instrumenta non loquantur directivè, sed enunciativè, si modò sint antiqua & plura: Quoniam, propter diuturnitatem temporis illis statuer, etiamsi loquantur de actu, qui intervenire non potuit, tempore confecti instrumenti. *Gilbaus. in arbor. judic. c. 6. p. 1. § 132. And. Knich. de jur. territor. c. 3. n. 12. & multis seqq.*

LXVIII. Nulla etiam melior probatio in antiquis fieri potest, quam per instrumenta, & recurrendum est ad memoriales antiquos, tanquam ad stipites veritatis, qui in æternum permanent. *Scheplutz in prompt. jur. tit. de fin. § 2. Matth. Berlichius præct. concl. vol. 1. concl. 26. n. 8. & seq.* Vult etiam Mascardus *de probat. concl. 93. n. 16.* Partem teneri ad exhibendum alteri parti instrumentum, faciens pro limitatione territorii vel prædii sui: cum sit commune inter eos.

LXIX. Melior etiam hæc est probatio eâ, quæ fit per testes. *Knich.*

C

de jur.

de jur. territor. c. 3. n. 11. l. census. 10. ff. de Probat. Testes siquidem perpetui non sunt: Nemo enim ultra centum annos vivere præsumitur, ideoque antiquis magis standum instrumentis, quam testibus, *Knich. d. loc. n. 13.* Possuntque testes interdum fallere, memoria enim hominis labilis est. *l. peregrè 44. l. si id quod. 21. ff. de Acquir. poss. Jacob de Puteo Allegat. pro Com. ter. Val. n. 28.*

LXX. Probantur ergò limites per testes quoque. *c. cum causam. s. extr. de Probat. l. in summa. 2. § idem Labeo. 8. ff. de Aqua & aq. pl. arcen.* Et in hac materia sunt magis idonei circumcolentes & vicini. *l. 1. § 1. ff. de flumin. l. si chorus. § 1. ff. de Legat. 3. c. quia judicante. 9. de Præscript.* Et quantò sunt simpliciores & rustici, tantò sunt credibiliores, quia non deponunt, nisi de possessione facti, tanquam suis oculis semper astantes super ipsis locis. *Montan. d. tr. de fin. reg. c. 52. Mascard. de probat. concl. 395. num. 2. Facin. lib. 11. contro. 1. C. c. 59. Matth. Berlich. pr. concl. 26. n. 6. vol. 1.*

LXXI. Porrò in hoc iudicio, cum primis eis fides adhibenda, qui seniores sunt & digniores. *c. sciendum. 26. q. 3.* Quique magis in specie deponunt, præsertim de actibus peculiaribus & singularibus, ut si unus testis, de uno actu jurisdictionis deponat, alter de alio. *Jacob. de Puteo in alleg. pro com. ter. Val. n. 4. gl. in l. ob carmen. 21. ff. de Testib. Mascard. de probat. concl. 395. n. 31. And. Knich. de jur. territor. d. c. 3. n. 57.*

LXXII. Admittuntur etiam testes in hoc iudicio, de auditu deponentes, cum versemur in antiquis, quæ excedunt vitam hominis, & ætas nostra capere non possit, si modo plures testes non de uno solo à quo audiverint, deponant. *Hieron. de Monte c. 53. n. ult. d. tr. de fin. reg. facit. c. quotiens. 5. ibi: rei veritatem accepisse à majoribus, & c. licet ex quadam. ibi: valere testimonium de auditu. extr. de Testib. Mynsing. cent. 6. obs. 26. n. 5. Hart. Hartm. tit. 15. obs. 3.*

LXXIII. Sic testes de Universitate admittuntur: maximè quando nullum privatum commodum, principaliter & proprio nomine, inde sentiunt, licet commodum inferant in universum: præsertim verò si aliorum contestium adjuvantur adminiculis. *Montan. sepè d. tr. de fin. c. 57. Dd. in l. parentes. 6. C. de Testib. & in l. idonei. 6. ff. cod. Knich. de jur. territor. d. c. 3. n. 60.*

LXXIV. Probantur limites per jurisdictionis exercitium, veluti per furcarum erectionem, per delinquentium capturam & pœnam, per observantiam mandatorum, edictorum, justitiæ administrationem, perceptionem vectigalium: Domini etiam proprietatis, die Grund oder äigen Herren / solent pignora capere ab illis, qui aliquid in illorum territoriis committunt aut attentant: quæ pignorationes exercitium jurisdictionis sapiunt, & si de illis per testes deponatur, probant. *c. licet causam. 9. v. sufficienter. Extr. de Probat. Mascard. de probat. concl. 403. n. 2. vol. 1. Montan. d. tr. de fin. reg. c. 52. & c. 78. n. 30. Jacob. de Puteo in allegat. pro comm. Ter. Valent. n. 14. Petr. Jacob. Aurelian. in prax. aur. libell. c. 12. num. 62. Gilbaus. in arbor. judic. criminal. c. 1. n. 41. & in arbor. judic. c. 1. p. 1. § 1. n. 94. & seqq. & n. 114.*

LXXV. Sic per clausuras & custodes locorum sive limitum, probatio fieri potest. *l. 2. § in Sardinia. 3. C. de Offic. pref. Prat. Afric. l. cura. 4. C. de Offic. Magistr. Offic. l. fira. 15. § 2. ff. de instr. vel instr. leg.* Custodia enim loci, demonstrat possessionem custodiri, & divisionem territoriorum importat. *dd. l. Mascard. de probat. concl. 402. per tot. vol. 1. Gilbaus. proximè allegat. loco. Luchin. de Curte in allegat. pro com. ter. S. Salvat. n. 19.*

LXXVI. His probationibus non dissimilis est illa, quæ fit per reddituum perceptionem, census & gabellarum solutionem: olim enim per redditus antiquos, & navigia & pedagia, optimè ostendi poterant confines. *Dd. in c. cum causam. 13. c. licet. 9. extr. de probat. c. dilecto. 10. extr. de Offic. Archidiacon. c. cum olim. 19. extr. de censib. Mynsing. cent. 6. obs. 25. n. 8. & 9. Montan. c. 52. n. 7. & seqq.* Et perceptio fructuum dicitur actus possessionis apprehensæ & quæsitæ, & docetur ex ea, tanquam ab effectu. *Ut post alios multos tradit Knich. de jur. territor. c. 3. n. 178. cum seqq.*

LXXVII. Item probantur limites per insignia Principis, in aliquo loco insculpta vel depicta. *Mont. c. 75. n. 5. Gilbaus. d. c. 1. p. 1. § 1. num. 98.*

LXXVIII. Modus quoque probandi limites est, resectio aggerum. *Mascard. de probat. concl. 403. n. 17. Jacob. de Puteo in allegat. pro com. ter. Valent. n. 20.*

LXXIX. Probantur etiam fines per voluntatem patrisfamilias, declaratam in ejus vita. *arg. l. si servus plurium. 50. § fin. ff. de legat. 1. l. si quis duas. § 1. v. planè. ff. comm. prædior. Mascard. de probat. concl. 403.* Et per observantiam subsequutam, quæ in confinibus declarandis maximi ponderis est, *Gilhaus. c. 1. p. 1. § 1. n. 111.*

LXXX. Item communem famam. Sed fama publica & antiqua probationem plenam suppeditat, si alia probatio haberi nequit, *ut est in d. c. cum causam. extr. de Probat. ubi Canonista communiter. & in c. veniens. 38. extr. de Testib. Accurs. in l. at quin natura. 19. § cum me absente. 3. ff. de Neg. gest. Hieron. de Monte. d. tr. c. 55. & 66. Mynsing. cent. 6. obs. 26. num. 7. Knich. d. c. 3. num. 83. de jur. territ.* De fama autem nova atque recenti, hoc non est affirmandum, quia fama recens, dicitur tantum consentiens & confirmans. *ut ait gl. in l. probationis dominium. C. de Probat. Mascard. de probat. d. concl. 396. vol. 1. Jacob. de Puteo in allegat. pro com. ter. Valent. n. 25. & seq. & in addit. lit. d. & e.*

LXXXI. Per evidentiam rei: quæ fit per loci visitationem seu ocularem inspectionem, quando videlicet itur in rem præsentem. *Wann man den streitigen Ort in augenschein nimbt c. quia judicante. extr. de Præscript. l. 3. C. fin. reg. l. de modo. 7. l. seq. 8. § 1. l. 11. ff. eod. Mascard. de probat. concl. 405. & seq. n. 16. Mynsing. § quadam. n. 50. l. de Act. & cent. 6. obs. 25. n. 2. cum seq.*

LXXXII. Hæc probatio est efficacissima & verissima, cum evidentia loci probatio sit optima, & veritas magis per oculos, quam per aures, animis hominum infundatur. *§ ult. l. de Grad. cognat. Sitchard. ad pr. C. fin. reg. Wesenbet. in parat. ff. eod. tit.* Et quod patet expressè, non est probare necesse. *Montan. d. tr. de fin. c. 30. num. 3.* Quodque oculus vidit, nemo fideliter negat. *Scheplitz in prompt. jur. t. 41. § 1. Gilhaus. c. 6. p. 2. art. 2. § 7. Unde & Horat.*

Segnius irritant animos demissa per aures,

Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.

LXXXIII. Interdum locus per pictorem delineari solet, super qua delineatione testes non modo deponunt, & postmodum in ipso loco litigioso attestations repetunt: sed etiam ea plurimum prodest
judici,

judici, ad proferendam sententiam. *Rutg. Rulant. de Commiss. p. 1. lib. 4. c. 21. ubi etiam agit de persona & officio pictoris.*

LXXXIV. Probantur porrò limites per præsumptiones & conjecturas: Nam, *ut supra dictum*, ob difficultatem confinia probandi, sæpè solent recipi probationes minus perfectæ & conjecturæ, aliaque argumenta, quæ aliàs minimè sufficerent, *ut ait gl. in c. 2. v. si cognoverit. extr. de Arbitr. Montan. d. tr. de fin. reg. c. 53. n. 1. & seq. & c. 41.*

LXXXV. Et hîc locum habet regula: quod ea, quæ singula non prosunt, cuncta juvent. *arg. l. 2. § 1. ff. de Excus. jut. c. cum dilectus. extr. de success. ab intest.* Cæterum, quando perspicuum, justum esse possessorem, non satis est actori probare confinia per conjecturas, sed plenè illa probanda sunt. *Scheplitz in prompt. jur. t. 41. § 4. Jacob. de Puteo in allegat. pro Comm. ter. Valent. n. 4. Gilhaus. in arbor. judici. ar. c. 6. p. 1. § 135.*

LXXXVI. In his omnibus tenendum quoque, quod qui olim dominus, etiam hodie dominus, & qui olim fines, etiam hodie fines præsumantur, nisi aliud probatum fuerit. *arg. l. 2. ubi gl. C. fin. reg. l. 11. ff. eod. Hieron. de Monte d. tr. de fin. reg. c. 24. n. 18.*

LXXXVII. Probantur item limites per confessionem partium: quæ probatio probata dicitur, ac aliis potentior est & firmitior, quæque nihil dubii habet, & aliàs passim in jure confessus pro judicato habetur. *l. 1. ff. de Confess. c. ult. extr. de Confess.*

LXXXVIII. Possemus hîc recensere alios multos modos probandi limites, sed nimis longum foret, & contra nostrum institutum: Peti autem possunt hinc inde ex Dd. nostris, præsertim jam allegatis.

LXXXIX. Inspectio autem seu visitatio loci, (de qua *supra* *lib. 1. § 1. & seq. mentionem fecimus*) expeditur, vel per ipsum judicem, vel, si per occupationem aut dignitatem non possit, per commissarium ab eo constitutum, vel per agrimensores, quos judex ad loca litigiosa mittere solet & debet. *l. 3. C. fin. reg. l. 8. § 1. ff. eod.* Qui & mensores, conditores, arbitri, finitores, quod finales controversias finiant, dicti sunt. *t. t. ff. si mens. fals. mod. dix. l. de modo. 7. ff. fin. reg. l. inter. 44. ff. de Arbitr.* Nos vulgò vocamus *Marckscheider* / *Rutg. Rulant. de Commiss. lib. 4. c. 20. p. 1. & lib. 3. per tot. & lib. 6. part. 2.*

XC. Licet autem antiquitus, magna agrimenſorum, in terminis agrorum & territoriorum transferendis & dijudicandis fuerit potestas. de quibus *Montan. ſepè d. loc. & Jacob. de Puteo in Allegat. pro com. ter. Valent.* Ea tamen hodiè valdè eſt reſtricta atque limitata: ut proinde hodierno jure, non tam judicent, quam judici ſaltem referant, quo in ſtatu reperti ſint limites, & ſic ad ferendam ſententiam ſunt quaſi teſtes. *Paris de Puteo in tr. de fin. feud. c. 24. n. 14. Lucbinus de Curte in Allegat. pro Com. ter. S. Salvat.*

XC I. Hinc ſolent in præſentia partium juramento (niſi forte publica perſona eſſet, aut ad illud officium ante publicè per præſtitutum juramentum deſtinata, quod tamen juramentum à judice vel commiſſario illis ruruſum benè eſt inculcandum) affirmare: ſe bene menſurando, veritatem pro ſuâ conſcientiâ, iudicio & arte, dicere velle. *arg. l. 1. & 2. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. compensationes. 2. C. de fide. inſtrum. Montan. c. 32. n. 1. & ſeqq. d. tr. de fin. Rutg. Ryland. de com. miſ. p. 1. lib. 4. c. 10. n. 14. & p. 2. lib. 6. c. 5. n. 6. Mynſig. § quadam. I. de Aët. & cent. 6. obſ. 34. n. 12. & ſeqq. Gilbauſ. in arbor. judic. c. 6. p. 2. art. 2. § 3. n. 10.*

XC II. Tenendum quoque: ſi agrimenſor dolo aut latâ culpâ, imò & levi, falſum modum, falſamque menſuram dixerit, poſſe actione in factum conveniri. *l. 1. & t. t. ff. ſi menſor. falſ. mod. dix. ubi Weſenb. in parat. Montan. d. tr. c. 33. Petrus Termineus in proceſſ. t. 117* Et ſi altera pars deceptam ſe dicat, menſuratio reiteranda erit. *Köppen lib. 2. pr. obſ. 92. n. 9. & ſeqq.*

XC III. Quod ſi iudex agrimenſorem vel alium deputaverit, communi ſumptu & impenſâ negotium illud expediendum eſt, etiam ſi alterutra pars noluerit agrimenſorem eligere. *d. l. 3. C. fin. reg. l. 4. § 1. v. ſed eſi. ff. eod. Mynſig. d. § quadam. n. 50.* Quique iudicis ſententiæ non paruerit, condemnabitur, quantum adverſarius ſua intereſſe, in litem juraverit. *d. l. 4. § ſed eſi. 3. ff. fin. reg. ubi Gotbofr.* Sic qui juſſus fuerit metiri, ſed noluerit, contumaciæ nomine condemnabitur. *§ pen. l. de Offic. judic.*

XC IV. Iudex igitur nonnunquam novos fines ſive limites conſtituere poteſt, ſi veteres adeò ſint devaſtati, ut cerni amplius non poſſint,

possint, juxta consilium & relationem tamen agrimensorum. *arg. l. 3. C. fin. reg. l. 44. ff. de Arbitr.* Et in his omnibus, judex magis debet observare quod est verosimile, magisque sequi vias publicas & basilicas, quam parvas & vicinales. *Mynsing. cent. 6. obs. 17. n. ult.*

XCIV. Non abs re fuerit, hinc aliquid de modo & varietate signandi fines, & ponendi limites dicere. Ex sacris potest huc referri litigium inter pastores Abrahami & Lothi. *Gen. 13.* Item, *Iosue c. 13. cum seqq.*

XCVI. Veteres Romani in unguendo & sacrificando circa actum signandi limites, satis superstitiosi fuerunt: *referente ex aliis Barnab. Brisson. de form. solenn. pop. Rom. verbis. lib. 5.* De Numa Pompilio Rege Romanorum historiis proditum est, quod cum publicum agrum populi Romani, & privatum uniuscujusque civis, certis limitibus definiisset, sacellum erexit Termino, in colle Tarpejo, eumque pro Deo coli, Jovemque terminalem dici, eique hostias & frugum primitias offerri iusserit. Quasi Deus iste, custos esset finium, & in ejus tutela fruges agrorum essent. *de quibus latius Plutarchus in Numa. Dionysius Halicarnas. lib. 2. Antiquit.*

XCVII. Sed mos iste, ut superstitiosus, recte in desuetudinem abiit. Nam hodie sine ulla superstitione & verborum solennitate, constitui solent limites, & quidem ut plurimum, utriusque confinis fundi, seu territorii domini consensu & presentia.

XCVIII. Multum autem ea in re iudicis arbitrium praestat, modo exinde in posterum certo cognoscatur locus, aut quo in loco fines certi sint habendi: proinde & ex ea causa palam hoc fieri, aut partibus significari debet. *Quod firmatur l. 3. C. fin. reg. Landrecht. lib. 2. art. 50. Wer Malbaum oder Markstein setzet/ sollte die darben haben/ so auff der andern seiten Land haben. Dn. Köppen. pract. obs. lib. 2. obs. 92. n. 9.* Ipsarum enim partium interest, ut sciant locum quo ponitur limes, & regulariter semper ad actum vocandi sunt, quorum interest, & quibus praedjudicari potest. *l. de uno quoque. 47. ff. de re judic. l. nam & ita. 39. ff. de Adopt.* Cessat tamen in aliquot casibus haec regula. *ut videre est apud Mynsing. cent. 6. obs. 6. n. 5.*

XCIX. Sed quo modo, quibusque adminiculis, hoc est, notis, literis, characteribus, sive sint carbones, calx viva, testa ovorum, &c.

limes

limes ponatur, non opus est, ut sciant partes. Ex more enim hodierno, & quidem salutari, secretò ponere solemus: ne occasio concedatur multis, terminos turbandi & amovendi, vel similes, pessimo exemplo & maximo malo, fingendi.

C. Unde artem modumque ponendorum terminorum, hodie proprie ad agrimensores spectare affirmant: quique inter se adeò secretum & mysticum hunc modum esse volunt, ut is qui revelat, in perjurij crimen incidat. *Rutg. Rulant. de Commiss. d. lib. 6. c. 3. num. 16. p. 2.*

CI. Verum hoc in loco nihil ferè certi proponi potest, cum quælibet regio suum peculiarem modum, ex consuetudine habeat, & quot ferè loca, tot modi sint signandi lapides sive terminos.

CII. Arbores autem finales in sylvis, nonnunquam solent signari per magnam crucem, per lineas, vel per alia signa. Ex quibus colligitur, quod talis arbor posita sit pro termino territoriorum, aut aliorum fundorum.

CIII. Quid autem si constet, hanc vel illam arborem esse finalem, signa tamen incisa, amplius cerni non possint, puta quod musco sint obruta, aut aliàs obfuscata? Tunc decortari solent arbores, sive cortices abradi & detrahi, ita ut signa rectius perspiciantur.

CIV. Sic etiam de consuetudine rusticorum, solet plantari alterius generis vel naturæ arbor, quæ inter prædia instar limitis ipsis est, ut puta, si sit arbustum populorum apponatur quercus & contra, &c.

CV. Si aliquando in cumulo aliquo terræ sive colliculo, à terra nonnihil eminente, arbores plantatæ inveniuntur, quæ provincias, territoria, & privatorum fundos distinguunt. Unde dicuntur *Grenz oder Mahlhügel.*

CVI. Sæpè etiam in ipsis arborum radicibus, lapides reperiuntur, qui una cum arbore fines denotant. Interdum etiam in prædictis collibus lapides positi sunt, qui unâ cum ijs fines constituunt. *De quibus omnibus Montanus supra allegato tract. de fin. reg.*

CVII. Non omnes autem lapides, statuæ, arbores, colles, terminos constituunt: sed ij solummodo, qui hunc in finem ex voluntate

lunare partium, sive etiam jussu judicis, sunt rectè positi, certisque signis notati.

CVIII. Quid si terminus reperitur in confinibus plurium territoriorum vel agrorum, quo pacto potest cognosci, illum potius voluisse terminare cum uno territorio, quam cum alio? Cognoscitur illud hoc modo: quando terminus respicit alium terminum directò, non è transversò: vel si quod summum est in termino sive guardia, (ut alii appellant) respiciat terminum ab uno latere directè, tunc erit signum esse finem territorii vel prædii, inter territoria vel prædia, versus quæ respicit. *Mascard. de Probat. concl. 400. vol. 1. Gilbans. in arbor. judic. c. 6. § 138. in fin.*

CIX. Signa autem illa notabiliora, & multum apparentia esse debent, præsertim quando territoria & loca publica terminantur: ideoque fieri solent per literas, per cruces, per lineas, per insignia utriusque territorii domini, sive etiam per alia notata signa, aut etiam per appositionem aliarum rerum: adeoque ut interdum ejusmodi lapides à longitudine, crassitie, duritie, colore, & aliis modis cognosci possint. De quibus latius supra, & *Montan. d. tr. c. 18. in fin.*

CX. Hinc non illaudata est consuetudo, quæ adhuc plurimum observatur, ut lapidibus terminalibus affixis in terram, addi soleant alij parvi lapilli, duo, tres vel etiam plures, pro consuetudine: sicuti etiam nonnunquam cineres vel carbones, quia corruptioni non facile sunt obnoxij: quos lapillos ita additos, iudices vel testes, nos vulgò Zeugen/ item Eyer vocamus: ideo additi, quasi custodiant lapidem, & in dubio testificentur, lapidem illum non casu, sed ab hominibus pro limite positum esse. *Hieron. de Monte c. 17. n. 3. § c. 18. n. 1. c. 19. n. 2. Schneidew. in § quadam. in act. fin. reg. n. 26. I. de Act. Rutg. Rulant. d. tr. de Commiss. c. 3. n. 11. cum seqq. § c. 12. num. 4. p. 2. lib. 6. And. Knichen. de sublim. § reg. territor. jure c. 4. n. 217. Petr. Terminus in process. 1. 143. n. 16.*

CXI. Item fines aliquando nominantur à quatuor plagis mundi, à ventis, à proximè adjacentibus fundis aliorum, videlicet si proximū prædium sit urbanum, rusticum, aratorium vel vineatum, vel prativū aut olivatum, vel domus aut turris, &c. *Montan. in alleg. tr. c. 16.*

CXII. Nunc de contrario actionis finium regundorum, quod est

D

præ-

præscriptio. Actio itaque finium regundorum, triginta annorum spacio præscribi potest. *l. ult. C. fin. reg. facit c. quicumq. c. inter causas. 16. q. 3. Hier. de Monte c. 74. n. 1. in tr. de fin. Wesenb. in parat. ff. fin. reg. n. 2. Treutl. disput. 19. tb. 8. lit. B. vol. 1. ibiq. Bachov. & Hunnius. Hackelm. disp. 8. tb. 4. lit. b.* Quod & in omnibus actionibus personalibus & mixtis receptum est. *l. hereditatis. C. de hered. pet. l. 1. § 1. C. de Annal. except. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Gail. 2. obs. 18. n. 2.* Quæ præscriptio incipit à tempore turbatorum limitum. *gl. in l. fin. C. fin. reg. & Dd. supra hac tibi alleg. Lucbinus de Curte in allegat. pro commun. Ter. S. Salvat. n. 22. Zanger. p. 3. c. 10. n. 184. de Except.*

CXIII. Verum tamen manet, limiti ut limiti, nullo unquam tempore præscribi posse, & vulgaris ac recepta sententia est, fines quales præscribi non posse. *per l. 5. C. b. t. l. fin. C. de fund. Limitroph. lib. 11. c. super eo. extr. de Paroch. c. licet. c. inter. c. quicumq. caus. 16. q. 3.* Sin verò de ijs non constet, præscribi posse jure scilicet proprietatis, seu ut solum proprium, non jure finium, vel tãquam fines. *Mont. d. tr. c. 74. & seqq. Myns. cent. 6. obs. 28.* Limes enim ut limes, impræscriptibilis est. *per jura allegata.* Et ratio est, quia uterque ex confinibus utitur eo, tanquam jure communi & familiaritatis, nec unus solus suo nomine possidet. *arg. l. meritò. 51. ff. pro Socio. l. qui jure. 41. ff. de Acquir. vel amitt. possess.* Cum ergo alicui constat, vel cõstare debet, (error quippe non juvat præscribentem. *c. de quarta. extr. de præscript.*) hoc vel illud esse limitem, vel loco limitis, præscribere non potest. Malã enim fide ageret, cum tamen bona fides, in omni præscriptione jure Canonico, primò necessaria sit. *c. possessor. de R. I. in 6. c. vigilantibus. c. si diligenti. c. veniens. v. final. c. quoniam. extr. de præscript.* In materia autem præscriptionis sequimur jus Canonicum, attestante *Gail. 2. obs. 18. n. 10. Myns. cent. 4. obs. 6. n. 3.* Verùm ea quæ continentur intra limites, præscribi justo tempore possunt. *per jura allegata, & tradit Montan. d. tr. de fin. c. 75. n. 4. & c. seq. n. 3. & 4.*

CXIV. Jam ad secundam actionem ordinariam pro finibus competentem accedamus, quæ est condictio ex *l. 4. C. fin. reg.* Ab Imperatore Constantino lata, quæ etiam refertur in *l. 2. C. Theodos. tit. 26. lib. 2. consentit. c. tanta nequitia. distin. 86.* Quã constituitur, ut is qui finalem detulerit quæstionem, id est, de finibus actionem moverit, ac lite:

ae lite pendente & contestata, non expectata sententia iudicis, sibi rem alienam & litigiosam usurpare aut invadere, finesque propria auctoritate ponere voluerit: amittat non solum, quod male petiit, sed & de suo tantundem, unâ cum parte occupatâ, restituat: & si quis tantundem de suo non habet, tenetur ad interesse. *arg. l. qui restituere. 68. ff. de Rei vindic. Hier de Monte d. tr. c. 34. n. 9.* Ratio adjicitur, quod unusquisque suo contentus, rem alienam expetere non debeat. *d. c. tanta. dist. 86. Schneidew in § quadam. in adl. fin. reg. n. 1. I. de Adl. Lucbinus de Curte in alleg. pro com. terra S. Salvatoris. n. 24. Sibold. ad pr. C. fin. reg. n. 7. Petr. Termin. in process. t. 143. n. 6. Ludovic. Gilhaus. in arbor. judic. crim. t. 32. n. 5.*

CXV. Verum hæc intelligenda, quando quis scienter invaserit rem alienam: Nam si per errorem vel incuriam hoc fecit, sine poena possessio restituenda est. *l. invasor. 7. C. unde vi.* Item ne possessio sit vacans requiritur, quod & præsupponit *d. l. 4. § tradit gl. in l. si quis. 7. C. unde vi. verb. earundem. facit etiam l. fin. d. t. C. unde vi.*

CXVI. Tertia jam sequitur actio, quæ desumpta ex Lege Agraria. *de qua § C. Calistratus in l. fin. ff. de Term. mot.* Tulit hanc legem C. Jul. Cæsar, cum divisisset cum Bibulo agrum Campanum. *De quo Carol. Sigon. de Antiq. jur. Ital. c. 2.*

CXVII. Conveniri possunt hac lege illi, qui dolo malo terminos statutos, extra suum gradum finesque ex agro dejecerunt, locove moverunt, exaraverunt, effoderunt, everterunt, convulserunt. Et conveniri possunt ab omnibus è populo. *l. fin. ff. de Term. mot. ibi: ei quis volet, & c.* Ut pro singulis terminis ejectis, quinquaginta præstent aut solvant aureos. *Paul. lib. 5. sent. c. 22.* Quæ poena quinquaginta aureorum, in eos quoque constituta intelligitur, qui obscurandorum saltem, non æque amovendorum limitum causa, faciem locorum converterunt: veluti si quis ex arbore, subinde succisis inutilibus fruticationibus, arbustum fecerit. *d. l. 3. § fin. ff. de term. mot.*

CXIX. Hæc autem poena regulariter actori, & non fisco est adjudicanda, ut patet ex hac *l. nostra fin. ibi: ejus actionem (non accusationem) & petitionem, & c.* Quasi dictum esset: actor petit eam poenam, & per consequens ei erit adjudicanda. Et facit quod poena in

popularibus actionibus, qualis hæc est, regulariter parti applicetur. *l. si cui. 12. ff. de V. S. ubi Gæddæus n. 15. & seqq. l. 3. ff. de sepul. viol. l. si quis. 7. ff. de jurisdict. l. fin. ff. de litigios. Et banc sequitur Schneidew. in d. § quadam. in act. fin. reg. l. de act. Hieron. de Monte d. tr. de fin. reg. c. 36. n. 1. Majer. in colleg. Argent. lib. 49. t. 14. tb. 9.*

CXIX. Actionibus ordinariis pro finibus competentibus absolutis & explicatis: dicendum ob terminos motos criminaliter quoque seu extraordinarie, ex Constitutione D. Hadriani Imp. agi, & violatores istorum, pro qualitate & differentia personarum, earumque ætate puniri posse. *l. 1. & 2. ff. de Term. mot.* Quo etiam videtur respexisse Alexand. Imp. in *l. 1. C. de Accusat.* Hieron. de Monte d. tr. c. 34. Wesenb. in parat. ff. fin. reg. n. ult. Treutl. disp. 19. tb. 7. vol. 1. ubi Hunnius in resolut. Termineus in process. t. 143. n. 12.

CXX. Verum fuit & longè ante gravis pœna in delinquentes istos constituta. De jure enim divino, *Deut. 19. v. 4.* Prohibetur non tantum termini translatio & violatio: sed & facientes, *c. 27. v. 17. ibidem,* maledictioni subjiciuntur. Sic Numa Pompilius Rex Romanorum, de quo supra, terminos sacros constituebat, & Jovi Terminali consecrabat: violatores terminorum, ut grassatores & sacrilegos, puniri volebat: nec non unicuique volenti interficere concedebat. *Jacob. Menoch. remed. 9. recuper. n. 349.* Sic refert Petrus Gregorius, *S. I. ll. lib. 39. c. 15.* Qui terminum exarasset, istius boves sacri sunt, & c. *Et Juvenalis Satyr. ult.* Aut sacrum effodit de limine saxum, & c.

CXXI. Non autem uno sed variis modis, termini amoveantur aut obscurantur: uti & pœna ex conditione personæ & mente facientis, æstimari & variari solet. Aut enim quis amoveat terminos, non animo fines obscurandi, sed terminos furandi, & ut eis ad suum commodum uteretur: quo casu pœna furti locum habet. Ex affectu siquidem furandi, furtum æstimatur. § *placuit. 7. l. de Oblig. que ex delict. c. similibus.* Quod etiam innuit *l. 1. ff. de Termin. mot. ibi: sed pro conditione admittentium, coercitione transigendum, & c.* Hieron. de Monte d. tr. de fin. c. 34. n. 3. Iodoc. Damboud. in prax. criminal. c. 127. n. 2. Ludovic. Gilbaus. in arbor. judic. criminal. c. 32. n. 4.

CXXII. Aut quis limites transponit, ut suos agros dilatet & extendat

tendat. Is præter furtum committit etiam falsitatem. *ut ait gl. ult. in l. fin. ff. de Term. mot.* Et arbitrio iudicis punitur, pro qualitate personæ. Si enim splendidior, relegatur, habita ætatis ratione, ita ut junior in longius, senior in tempus remissius. *d. l. 2. ff. de Termin. mot.* Viliiores autem personæ (*ex mente Menochii quem refert Gilbauf. cit. loc.*) in metallum damnantur.

CXXIII. Aut fines quis mutat animo obscurandi, ut litem de finibus inter se & adversarium pendentem, in sui favorem definiri faciat, & æquè arbitrariè punitur. *arg. d. l. 3. § fin. ff. de Term. mot.*

CXXIV. Aut limites quis ex malitia transmutat, ut negocium vicino faciat, & causam duriorè reddat, sibi tamen nullum commodum faciat, is, *ex d. l. 2. v. si verò.* castigandus est, & in metallum per biennium damnandus, pro iudicis tamen arbitrio & discretionè. *de quibus Hieron. de Monte d. c. 34. Iodoc. Damhoud. in prax. criminal. d. c. 127.*

CXXV. Ad jus nostrum novissimum quod attinet: turbatores & violatores limitum, arbitrariè, coercitione tamen corporali, in Ordinatione criminali Caroli V. puniri jubentur. *P. H. D. art. 114. ibi: Der solle darumb peinlich am Leib / nach Gefährlichkeit / größe / gestalt vnd gelegenheit der sachen vnd Person / nach Rath gestrafft werden / etc.*

CXXVI. Jure Saxonico, qui arbores finales succiderit, aut lapides terminales effoderit, ignorans finibus designandis arbores esse satas posito sive lapides, triginta solidos parti læsæ restituit. *Landrecht. lib. 2. art. 28. incip. Wer Holtz hawet &c. vers. oder hawet er Mählbaum ab &c. Schneidw. in § quædam. tit. de Act. fin. reg. n. 3. ibi. de jure Saxonico &c. l. de Act. Petr. Termineus in process. c. 143. num. 13.* Qui verò scienter & dolosè arbores vel lapides finales evellit, in pœnam fractæ pacis incidit. Quæ tamen pœna usu recepta non est, sed ad summum relegatio temporaria imponitur. *Fasch. lib. 1. differt. I. C. & S. d. ff. 65. v. quidam volunt & temerarium. &c.* Et hæc quoque relegationis pœna, sæpe non infligitur, sed si quis temerarius reperiat, tum ultra prædictam pœnam Saxoniam, multa tantum iudici solvenda venit, & æstimatio arboris remotæ. *per allegatos Dd.*

CXXVII. Et hæc actio criminalis, civile finium regundorum iudicium non tollit, nec ab eo tollitur: sed qui finium regundorum egit, de termino moto adversarium accusare non prohibetur & contra. Simul tamen intendi non possunt: sed unâ finitâ, alterâ rectè experimur: nisi una alteram consumpserit. *text. in l. unic. C. Quando civilis actio criminali præjudicet. l. 4. ff. de public. judic. l. 4. § si dicatur. 4. ff. fin. reg. l. 2. C. de sepulch. viol. § liberum. ti. l. Ad L. Aquil. ubi Dd. l. nunquam. 103. ff. de R. l. Mysing. in § ead. Inst. de Offic. iudic. § cent. 1. obs. 25. Wesenbec. in parat. ff. fin. reg. n. ult. Sickingard. in pr. C. fin. reg. n. 10. Hieron. de Monte. c. 35. n. 1. § seqq. tr. de fin. reg. Treutl. disput. 19. tb. 7. vol. 1. ubi Hunnius & Bachovius, Leopold. Hackelm. disp. 8. tb. 4. In idem tamen delictum, uno eodemque respectu duplici pœna animadvertendum non est, per *text. in l. 14. ff. de Accusat. § l. 41. ff. de pœn. cum similibus. Dd. dd. loc.**

CXXVIII. Sunt præterea etiam remedia extraordinaria alia, quibus iurgia finalia terminantur: eaque vel civilia, uti inhibitio & transactio, vel criminalia.

CXXIX. Inhibitio decerni solet, ad partis extrajudicialem instantiam, puta, si pignoriatio fortè in loco litigioso sit facta: aut si altera pars limites ponere constituerit. Quo ipso dum se gravatam adversa pars sentiat, petitur à superiore iudice, ut usque ad plenioris causæ cognitionem illud intermitteretur & differatur. Quibus & similibus casibus, contra attentantem talia vel similia, iudex impetratus, decernere solet petenti regulariter mandatum cum clausula, ut vocant, nōnunquam etiam sine clausula, ut si timor subsit armorum, aut aliis summa necessitas id exigat. Tunc enim statim à præcepto seu executione inchoari potest, quod aliàs jure communi est prohibitum. *text. in l. 1. C. de Execut. rei judic. l. 9. ff. de Offic. Procons. l. sicum. 58. ff. de Re judic. Quoties autem summa necessitas requirit, aut periculum est in mora, à regulis juris communis receditur: Necessitas siquidem legem non habet, sed ipsa facit legem. c. remissionem. v. sed notandum. 1. q. 1. l. 5. § si quis rivos. 11. ff. de Oper. nov. nunc. l. cum antiquitas 28. C. de Testam. De quibus eleganter Gail. 1. obs. 13. § seq. § obs. 134. n. 8.*

CXXV. Transactione sopiuntur finales controversiæ à parti-
bus, vel ad instantiam judicis, qui partes ad concordiam adhortari
debet, maximè quando res est obscura, aut etiam quando diu jam
est litigatum. *per adducta ab Hieron. de Monte d. tr. de fin. reg. c.*
101. n. 2. Vel ultrò & spontè, quæ amicabile composio, eò magis
approbanda & suscipienda, propter concordiam, & bonam (liceat
ita loqui) correspondentiam, inter confines & vicinos, factam te-
ctamque cõservandam: quamque ob causam nulla occasio, nullaque
legitima media recusanda. Et hæc potissimum suscipitur, quando
perpensâ prius probationum qualitate, & inspectione locorum ple-
runque præmissâ, controversia dubia, minusque videtur expedita:
uti quotidie in gravissimis causis fieri videmus: præsertim inter po-
tentiores, puta Principes & similes, qui curare solent, ut inter con-
siliarios & commissarios à se utrinque deputatos, ejusmodi jurgia fi-
nalia amicabiliter finiantur.

CXXXI. Criminalia: ut inquisitio, procedit enim judex quan-
doque ex officio, per modum inquisitionis, puta, si fortè termini
publici turbati aut amoti sunt: necesse est, ut de ijs inquirat, delin-
quentes compræhendat, in carcerem conjiciat, super articulis con-
scriptis & exhibitis examinet, & ex confessione illorum, aut su-
sceptâ sufficiente probatione, præviâ sententiâ, arbi-
trariè condemnet. *Quibus consentit P. H. D.*

Art. 114.

Μόνω τῷ Θεῷ δόξα.

ULB Halle 3
003 499 200




SK

Vb 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue

& faustum sit,

~~2902~~

ntem,
DE

1624 3 / 3

O FINI

EGUN

RUM,

ationem,

asu Magnifici & No-
rum Ordinis, in inclytâ

universitate

rinâ,

ÆSIDIO,

onsultissimi Viri,

Schönhausen / D.

nis sui æternum.

randi,

ini submitit,

lcker / FRANCUS.

8. April.

io Fctorum

XXIV.

AD ODERAM

eris

ANNIANIS

KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE